



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Illvstrivm Societatis Iesv. siue in Anni dies
digestæ Mortes Illvstres Eorum qui ex eadem Soc. Iesu, in
odium fidei, pietatis, &c. ... confecti sunt**

Nádasi, János

Romæ, 1657

P. Didacus Caruallius.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44029

Lusitanus.
in Iaponia
 22. Febr.
 1624.
 etat. 46.
 Soc. 30.

P. Didacus Carnallius.

In Cocincina primùm, deinde in Iaponia præstrenuè versatus, ingentia itinera & labores tolerauit in perpetuo capitis periculo. Scendaij præerat focijs Euāgelium quaquauersum profeminantibus, cū adfuere apparitores, qui Christianos ubiq; inuestigabant, ad supplicium rapiendos. Iam propè ab ipso aberant, cū è latebra vltro prodijt, se Christi legem prædicare professus. Multo frigore vexatus ab illis, rogatus demum est, vt exemplo aut verbo alijs Christianis autor esset, à Christo ad ritus Iaponicos remigrandi: quam ille insaniam detestatus, eadixit quæ talis mortis cupidum virum decebant. Vltimo

Fides.

mo Iaponici anni die (nobis
 18. Febr.) defixio in fossa ge-
 lidæ aquæ plenâ palo alliga-
 tus cum nouem socijs Chri-
 stianis, ibi finè vlla veste per
 tres ipsas horas ad pectus
 vsque mersus, iussus est con-
 fidere. Quo tempore, nunc
 sancto absorptus silentio,
 nunc verbis flagrantibus,
 præclaro fuit socijs ad con-
 stantiam hortamento. Cre-
 bra illius, & sociorum vox
 erat, vnâ clamantium: IESVS
 MARIA! *Benedictum sit ve-
 nerabile Sacramentum! Deo
 sit semper laus & gloria;* alijs
 circùm interea, vt Christum
 desereret ipse ac socij, im-
 portunâ voce hortantibus,
 at aure surdâ exceptis, eòq;
 in Didacum, tanquam om-
 nis, vt aiebant, mali auto-
 rem, verba multa iactanti-

18. Febr.
 ultimus
 dies anni.

*Constans
 in fide.*

bus; Didaco interea in sinū
gaudente de tā luculētis lu-
cris. Ex aqua educto iterūm
authores fuēre, suos vt so-
cios à Christo auerteret, vite
præmio. Sed ille, potiūs au-
thorem se illis fore dixit ad
mortem pro fide per atro-
cissima omnia obeundam.
Tum ignem illis minatus
Gubernator, in ærumnosam
custodiam omnes trudi, ac
inde quadragesimo post die
educi iubet. Causa eorum
quæ patiebantur, eorum hu-
meris affixâ voce; **CHRIS-**
STIANI; expressa est: quâ
tesserâ notati 22. Febr. edu-
cti, palis iterūm in stagno
gelido alligati post prandiū,
istic perstitēre vsque ad no-
ctem ventis niuibusque per-
frigidam. Cū se obrige-
scere iam sentirent, suauissi-
mè

*Christianis
titulus
mortis.*

Frigus.

mè se inuicem consaluta-
bant Pater ac socij, opemq;
à Matre Virgine vnicè flagi-
tabant, quam à Filio illa Filij
militibus impetraret, ad
cruciatus & mortem fortiter
oppetendam; Didaco ani-
mos omnibus suggerente;
qui demum & ipse, postre-
mus omnium, ante dimidiã
noctem occubuit. Omnium
corpora concisa frustatim, &
in profluentem abiecta.

Matthias Sanga. Scholasti-
cus.

Scholasticus, at necdum
sacris initiatus fuit Matthias.
id enim Indis, atque Iaponi-
bus tardiùs conceditur; ne
properantia incommodè ali-
quid afferat, ab inconstantia
ingeniorum quæ longo usu
probata nō sunt. Per quinq;
annos Latinã literaturã im-

Iapon.
Manila.
24. Febr.
1615.
etat. 43.
Soc. 25.